

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Exemplum ak
cum fonte primo

Id agamus ut meliorem uitam sequamur quam uulgus, non ut contrariam:
alioquin quos emendare uolumus, fugamus a nobis et auertimus.
Illud quoque efficimus ut nichil imitari uelint nostri dum timent ne imitanda sint omnia.
Hoc primum philosophia promittit, sensum communem,
humanitatem et congregacionem a qua professione dissimilitudo nos separabit.
Videamus ne ista per que admiracione parere uolumus ridicula et odiosa sint.

Seneca epistola XIII.

Id agamus ut meliorem vitam sequamur quam vulgus, non ut contrariam:
alioquin quos emendari volumus fugamus a nobis et avertimus;
illud quoque efficimus, ut nihil imitari velint nostri, dum timent ne imitanda sint omnia.
Hoc primum philosophia promittit, sensum communem,
humanitatem et congregationem; a qua professione dissimilitudo nos separabit.
Videamus ne ista per quae admirationem parare volumus ridicula et odiosa sint.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 5.3-4
(L. Reynolds ed., vol.1, p.8, ll.16-23).